

- Gratulatio, de adventu Ruffini, & laus Bonosi. Plus Deum tribuere. tom. 1. fol. 73.  
 Familiaris, ad Nitiam amicam. Turpilius comicus. tom. 1. fol. 74.  
 Laus Bonosi, ad Chromatium. Non debet charta. tom. 1. fol. 74.  
 Familiaris, ad Chryfogonum. Qui circa te affectus. tom. 1. fol. 74.  
 De humilitate ad Antonium. Dominus noster. tom. 1. fol. 75.  
 De non divellendo matrimonio absque mutuo consensu, ad Rusticum. Quod ignotus. tom. 1. fol. 75.  
 De vitando suspecto contubernio. Retulit mihi quidam. tom. 1. fol. 76.  
 Contra Sabinianum virginis sacræ sollicitorem. Samuel quondam. tom. 1. fol. 78.  
 De miraculo mulieris sapiens ietæ, ad Innocentium amicam. Sape à me. tom. 1. fol. 80.  
 Vita Pauli Eremitæ. Inter multos sape. tom. 1. fol. 81.  
 Vita Hilarionis monachi. Scripturus vitam. tom. 1. fol. 82.  
 Vita Malchi captivi monachi. Qui navali prælio. tom. 1. fol. 87.  
 Catalogus scriptorum illustrium, ad Dexterum. Hortaris Dexter. tom. 1. fol. 89.  
 Idem opus Græcè versum à Sophronio. Ibidem.  
 De perpetua virginitate Mariæ, adversus Helvidium. Nuper rogatus. tom. 2. fol. 3.  
 Defensio virginitatis, adversus Jovinianum. Pauci admodum. tom. 2. fol. 7.  
 Adversus eundem, liber secundus. Secunda propositio. tom. 2. fol. 24.  
 Adversus eundem, ad Pammachium Apologia. Quod ad te hucusque. tom. 2. fol. 34.  
 Adversus deflorem Joviniani, ad Domnionem. Literæ tuæ, & amorem. tom. 2. fol. 38.  
 Exhortatio ad studium divinæ Scripturæ, ad Pammachium. Christiani interdum. tom. 2. fol. 40.  
 Velitatio in errores Vigilantii Galli, ad Riparium. Accipis primum literis. tom. 2. fol. 41.  
 Adversus Vigilantium, de vigiliis ad sepulchra martyrum. Multa in orbe. tom. 2. fol. 41.  
 Adversus errores Montani, ad Marcellam. Testimonia de joannis. tom. 2. fol. 43.  
 Ad Riparium de hæresibus expugnandis. Christi te adversum. tom. 2. fol. 44.  
 Adversus Arianorum hypostasies, ad Damasum. Quoniam vetusto. Ibidem.  
 Eadem de re, ad eundem. Importuna in Evangelio. tom. 2. fol. 45.  
 De poenitentia lapsi Episcopi, & rebaptizandis dialogi. Proximè accidit. tom. 2. fol. 46.  
 De erroribus Origenis, ad Avitum. Ante annos circiter. tom. 2. fol. 50.  
 Adversus Joannem Jerosolymitanum Episcopum, ad Pammachium. Si juxta Paulum. tom. 2. fol. 55.  
 Adversus eundem, ad Theophilum. Epistola tua. tom. 2. fol. 62.  
 Adversus Origenistas, ad Pammachium. Schedulæ quas. tom. 2. fol. 63.  
 Expostulatio cum Ruffino de figuratis laudibus. Diu te Romæ. tom. 2. fol. 65.  
 Adversus Ruffinum Apologia, ad Pammachium, & Marcellam. Et vestris. tom. 2. fol. 66.  
 Adversus eundem liber secundus. Hucusque de criminibus. tom. 2. fol. 71.  
 Responsio ad duas invectivas Ruffini. Lectis literis. tom. 2. fol. 77.  
 Adversus Pelagianos, ad Ctesiphontem. Non audacter. tom. 2. fol. 83.  
 Adversus eosdem, dialogus primus. Scripta jam. tom. 2. fol. 86.  
 Adversus eosdem, dialogus secundus. Multa quidem. tom. 2. fol. 93.  
 Adversus eosdem, dialogus tertius. Delectatus sum. tom. 2. fol. 99.  
 Familiaris, ad Marcellam. Ut tam parvam. tom. 2. fol. 103.  
 Adversus Vigilantii convitia. Iustum quidem fuerat. Ibidem.  
 Quatenus legendus Origenes, ad Tranquillum. Majora spiritus. tom. 2. fol. 104.  
 Adversus Arianos de sua fide, ad Marcum. Deceveram quidem. Ibidem.  
 De oppressione Origenistarum per Theophilum, ad Pammachium. Rursum Orientalibus. tom. 2. fol. 105.  
 De Pelagianis oppressis, ad Augustinum, & Alipium. Sanctus Innocentius. tom. 2. fol. 105.  
 Ad eundem de re simili. Omni quidem tempore. tom. 2. fol. 105.  
 Qui scripserunt de origine animæ, ad Marcellinum. Tandem ex Africa. tom. 2. fol. 105.  
 De matrimonio post baptismum imputato, ad Oceanum. Nunquam fili. tom. 2. fol. 106.  
 Quatenus adhibendæ literæ gentilium, ad oratorem magnum. Sebesium nostrum. tom. 2. fol. 108.  
 De gradibus presbyteri & diaconi ad Evagrium. Legimus in Isaiâ. tom. 2. fol. 109.  
 De dissidio Petri & Pauli ac de mendacio, ad Augustinum. Tres simul. tom. 2. fol. 111.  
 Invitatio ad mutuam amorem, ad Augustinum. In ipso professionis. tom. 2. fol. 114.  
 Simili de re, ad eundem. Crebras ad me. tom. 2. fol. 115.  
 Familiaris ad eundem. Virum honorabilem. tom. 2. fol. 116.  
 De cucurbita in Jona, ad eundem. Cum à sancto. tom. 2. fol. 116.  
 Adversus calumnias æmulatorum, ad Asellam. Si tibi putem. tom. 2. fol. 120.  
 Adversus Onasum obrectatorem librorum suorum. Me dici quos. tom. 2. fol. 120.  
 De optimo genere interpretandi, ad Pammachium. Paulus Apostolus. tom. 2. fol. 121.  
 Adversus calumniatores emendatæ Scripturæ sacræ, ad Marcellam post priorem. tom. 2. fol. 123.  
 De studio divinæ Scripturæ, ad Paulinum. Frater Ambrosius. tom. 3. fol. 2.  
 In Pentateuchum versum præfatio. Desiderii mei. tom. 3. fol. 4.  
 In Josue præfatio. Tandem finito Pentateucho. tom. 3. fol. 5.  
 In Libros Regum præfatio. Viginti & duas litteras. tom. 3. fol. 5.  
 In Paralipomena præfatio. Si Septuaginta interpretum. tom. 3. fol. 6.  
 Altera in idem opus præfatio, ad Domnionem. Quomodo Græcorum. tom. 3. fol. 7.  
 In Esdræ & Neemiam præfatio, ad Domnionem, & Rogatianum. Utrum difficilius sit. tom. 3. fol. 7.  
 In Tobiam præfatio, ad Chromatium, & Heliodorum. Mirari non desino. tom. 3. fol. 7.  
 In Judith præfatio. Librum Hester variis. tom. 3. fol. 7.  
 In Job præfatio. Cogor per singulos. tom. 3. fol. 7.  
 In Job è septuaginta versum, sed additis notulis. Si autem fidelem. tom. 3. fol. 8.  
 In Proverbia Salomonis. Jungat Epistola. tom. 3. fol. 8.  
 In Ecclesiasten versum præfatio. Memini me ante. tom. 3. fol. 8.  
 In Isaiam ex Hebræo versum præfatio, ad Paulam & Eustochium. Nemo cum Prophetas. tom. 3. fol. 8.  
 In Jeremiam versum præfatio. Jeremias Propheta. tom. 3. fol. 9.  
 In Ezechielem præfatio. Ezechiel Propheta. tom. 3. fol. 9.  
 In Daniele præfatio. Daniele Prophetam. tom. 3. fol. 9.  
 In duodecim Prophetas versos præfatio. Non est idem ordo. tom. 3. fol. 9.  
 In Joelem præfatio. Sanctus Joel. tom. 3. fol. 9.  
 In quatuor Evangelia castigata, ad Damasum. Novum opus. tom. 3. fol. 10.  
 De tribus quæstionibus, ad Damasum. Postquam Epistola. tom. 3. fol. 11.  
 De Melchisedec, ad Evagrium. Missi volumen. tom. 3. fol. 12.  
 De quadraginta duabus mansionibus, ad Fabiolam. In septuagesimo septimo. tom. 3. fol. 13.

- De vestibus sacerdotalibus, ad Fabiolam. Usque hodie in lectione. tom. 3. fol. 18.  
 De terra promissionis, ad Dardanum. Quæris Dardane. tom. 3. fol. 21.  
 De Ephod bad, ad Marcellam. Epistolare officium est. tom. 3. fol. 23.  
 De judicio pueri Salomonis, ad Ruffinum. Multum in utramque. tom. 3. fol. 24.  
 De Salomone, & Achaz ante tempus patribus, ad Vitalem. Zenon nauclerus. tom. 3. fol. 25.  
 De Tharhis in veteri testamento, ad Marcellam. Nuper cum Rheticii. tom. 3. fol. 25.  
 De ordine ac titulis psalmodum, ad Sophronium. Scio quodam putare. tom. 3. fol. 25.  
 Emendatio psalterii in certis locis, ad Suniam & Fretelam. Verè in vobis. tom. 3. fol. 26.  
 De decem mysticis nominibus Dei ad Marcellam. Nonagesimum psalmum. tom. 3. fol. 31.  
 Quid sint Alleluia, Amen, Maranatha, ad eandem. Nuper cum pariter essemus. tom. 3. fol. 31.  
 Quid sit sela, hoc diapalma est, ad eandem. Quæ acceperis. tom. 3. fol. 31.  
 Explanatio Psalmi octogesimo noni, ad Cyprianum. Prius te Cypriane. tom. 3. fol. 31.  
 Explanatio psalmi quadagesimi quarti ad Principium virginem. Scio me Principia. tom. 3. fol. 34.  
 Expositio psalmi centesimi vicesimi sexti, ad Marcellam. Beatus Pamphilus. tom. 3. fol. 37.  
 Expositio primæ visionis Isaiæ, ad Damasum. Et factum est. tom. 3. fol. 37.  
 De seraphim, & calculo ardenti, ad eundem. Septuaginta. tom. 3. fol. 39.  
 Quid sonet Hebræis Osanna, ad Damasum. Multi super hoc. tom. 3. fol. 40.  
 De prodigio filio apud Evangelistam, ad Damasum. Beatitudinis tuæ. tom. 3. fol. 41.  
 De tribus quæstionibus, ad Amandum. Brevis Epistola. tom. 3. fol. 43.  
 De quatuor quæstionibus, ad Marcellam. Magnis nos provocas quæstionibus. tom. 3. fol. 44.  
 De blasphemia in Spiritum sanctum, ad eandem. Brevis est quæstioncula. tom. 3. fol. 45.  
 Ad duodecim quæstiones Hedibæ. Ignota vultu. tom. 3. fol. 45.  
 Ad undecim quæstiones Algasæ. Filius meus. tom. 3. fol. 50.  
 In Canticum Canticorum Homiliae duæ ex Origene versæ. Origenes cum in cæteris. tom. 3. fol. 57.  
 Expositio loci apud Paulum: Omnes quidem dormiemus, sed non omnes &c. In ipso jam professionis articulo. Ad Minerium, & Alexandrum. tom. 3. fol. 61.  
 De duabus quæstionibus, ad Paulinum. Voce me provocas. tom. 3. fol. 63.  
 Epistola familiaris, ad Desiderium. Lecto sermone. tom. 3. fol. 64.  
 Interpretatio alphabeti Hebræici ad Paulam Urbicam. Nudius tertius. tom. 3. fol. 64.  
 Quæstiones seu traditiones Hebræicæ in Genesim. Qui in principis. tom. 3. fol. 65.  
 Nonnihil suspicor hoc opus à studioso quopiam abbreviatum fuisse. Nam id plerisque studio est, omnia ad compendium redigere, propterea quod Hieronymus in locis Hebræicis (subinde relegans nos huc) testatur se copiosius quædam in hoc libro tractasse, cum ea aut proflus non inveniantur, aut paucissimis tractata.  
 Isaias Propheta juxta translationem Septuaginta, & juxta veritatem Hebræicam, unâ cum Commentariis Hieronymi in octodecim volumina digessit: quorum initium est. Expletis longo vix tempore. Ad Eustochium. tom. 5. fol. 2.  
 In Jeremiam juxta utramque editionem commentariorum libri sex, ad Eusebium. Initium. Post explanationes duodecim. tom. 5. fol. 121.  
 In Ezechielem juxta utramque editionem libri quatuordecim. Initium. Finitis in Isaiam decem & octo. Ad Eustochium. tom. 5. fol. 174.  
 In Daniele Commentarii, ad Pammachium, & Marcellam. Contra Prophetam Danielelem. tom. 5. fol. 263.  
 In Osee libri Commentariorum tres ad Pammachium. Initium. Si in explanationibus. tom. 6. fol. 3.  
 In Joel liber unus, ad Pammachium. Non idem est ordo. tom. 6. fol. 26.  
 In Amos libri tres, ad eundem. Amos Propheta qui sequitur. tom. 6. fol. 32.  
 In Abdiam liber unus, ad eundem. Cum essem parvulus. tom. 6. fol. 52.  
 In Jonam liber unus, ad Chromatium. Triennium circiter fluxit. tom. 6. fol. 56.  
 In Michæam libri duo, ad Paulam & Eustochium. Michæas in quem nunc. tom. 6. fol. 62.  
 In Nahum liber unus, ad eandem. Juxta Septuaginta interpretes. tom. 6. fol. 76.  
 In Habacuc libri duo, ad Chromatium. Primum Chromati. tom. 6. fol. 83.  
 In Sophoniam liber unus, ad Paulam & Eustochium. Antequam Sophoniam aggrediar. tom. 6. fol. 95.  
 In Aggeum liber unus, ad eandem. Secundo anno Darii. tom. 6. fol. 103.  
 In Zachariam libri tres. Ultimo jam autumnii. tom. 6. fol. 108.  
 In Malachiam liber unus. Ultimum duodecim Prophetarum. tom. 6. fol. 131.  
 In Ecclesiasten Commentariorum liber unus, ad Paulam & Eustochium. Memini me. tom. 7. fol. 28.  
 In Evangelium Marthæ, ad Eusebium. Plures fuisse qui. tom. 9. fol. 6.  
 In Epistolam Pauli ad Galatas libri tres, ad Paulam & Eustochium. Pauci admodum. tom. 9. fol. 63.  
 In Epistolam ad Ephesios libri tres, ad Paulam & Eustochium. Si quicquam est Paula. tom. 9. fol. 84.  
 In Epistolam ad Titum liber unus, ad eandem. Licet non sint digni. tom. 9. fol. 102.  
 In Epistolam ad Philemonem liber unus. Qui noluit inter Epistolas Pauli. tom. 9. fol. 109.  
 De Spiritu sancto, liber unus Didymi, interprete Hieronymo. Initium, cum in Babylone. Opus ipsum: Omnis quidem quæ. tom. 9. fol. 174.  
 Loca Hebræica versæ ex Eusebio. Eusebius qui à beato tom. 3. fol. 87.  
 Nomina Hebræica secundum ordinem literarum ex Philone, sed omittis quibusdam, nonnullis immutatis, demum additis nonnullis à Hieronymo, ut ipse testatur in præfatione. Citatur ab eo locis aliquot liber Hebræicorum nominum, & quædam interpretationes reprehenduntur, quas tamen invenimus in hoc opere. Initium operis est, Philo vir disertissimus. tom. 3. fol. 96.  
 Chronica Eusebii Hieronymo interprete, unâ cum his quæ ipse adjecit Hieronymus, & post hunc Prosper & alii nonnulli, per quos mihi videtur operis confusa ratio, nihil obstante adjuratione quam operi præmiserat. Initium, Vetus ille disertorum. Operis initium, Moyse genit Hebræicæ.  
 In Jeremiam homiliae quatuordecim, In Ezechielem totidem ab Hieronymo versæ. Quamquam haud scio quo factum sit consilio, ut homiliae in Jeremiam adempta sit Hieronymi præfatio, cum alteris addit sua. Certè stylus non reclamatur esse Hieronymi: & ipse in Catalogo scriptorum testatur se vertisse viginti septem Homiliae in Jeremiam, & in Ezechielem: porro quatuordecim & tredecim, viginti septem conficiunt: unde de his nihil addubitandum.  
 Homiliae in Lucam triginta novem ab Hieronymo translatae in præfatione Hieronymi numerus erat omittus. Sic autem refertur hic locus à Ruffino invective suæ libro secundo. Saltem triginta novem Adamantii nostri in Lucam Homiliae, sicut in Græco habentur, interpretor.  
 In Epistolam Pauli ad Romanos, commentariorum Origenis libri decem, Hieronymo interprete. Initium, Volentem me parvo.  
 Vetus testamentum omne Hebræicè reddidit veritati. Tamen ea qua nunc utimur editio, non videtur eruditus usquequaque incorrupta: quod quædam illic deprehenduntur addita, quæ Hieronymus negat apud Hebræos haberi: quædam secus versâ quam Hieronymus scripsit fuisse vertenda, ut semel atque iterum subindicavimus in scholiis, quæ traditionibus Hebræicis addidimus. Quamquam ex



libris Efdra videtur unum duntaxat vertisse, juxta Hebraeos Neemiam, & Efdram unico volumine completens. Sic enim scribit in præfatione: Ne quemquam moveat quod unus à nobis liber est editus, nec apocryphorum tertii & quarti libri somniis delectetur. Tobiam quem inter hagiographa recenset, ex Chaldaeo vertisse videtur, quemadmodum & Judith.

Psalterium bis correxit ex editione Septuaginta, obelo signatis quæ superessent, asterisco quæ ex Hebraicis voluminibus addidisset. Testis est præfatio cujus initium: Psalterium Romæ dudum positus.

Proverbia Salomonis, & Ecclesiasten ex Hebraica veritate transfuit.

TA AMΦΙΒΟΛΩΣ ΝΟΘΑ. SECUNDUS ORDO.

Quæ post hac dicuntur, ejusmodi sunt, ut ambigi possit Hieronymi sint nec ne. Cum in urbe leges. Stilus nullo modo respicit Hieronymum, similior Augustiniano: nec clausula quidem Epistolæ concordat cum Hieronymi consuetudine: ad quod nos perducatur qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen. tom. 1. fol. 73. Anno præterito. In hac Alipium cum Papam appellet, eundem tamen fratrem nominat, quam Hieronymus presbyter duntaxat fuerit, non Episcopus. Alioquin stilus non admodum dissonat ab Hieronymiano. tom. 2. fol. 120.

Nescio qua tentatione. Apparet ab aliquo familiarium Hieronymi scriptam fuisse, fortasse nomine Hieronymi. Nam character nonnihil dissidet. Hanc tamen duas reliquimus loco. tom. 2. fol. 44.

Meminit beatitudo tua. In his aliquot Epistolis Theophili ad Hieronymum, Hieronymi ad Theophilum, annotanda est æqualitas ac similitudo stili. Cum Theophilus (ni fallor) Græcè scripserit: apparet ex actis synodicis, aut certè actorum vice fuisse descripta. Verum liberum esto suum cuique judicium: nos nihil immutavimus. tom. 2. fol. 103.

Liber iste. Præfatiuncula in Baruch. Non opinor esse Hieronymi: nec est in tomis, sed in Bibliis apponuntur singulis Prophetis minoribus variæ præfationes, quæ partim ambigæ sunt, quod ad authorem attinet, partim ex prima illa præfatione cujus initium præter Ambrosius, descripta: eo quod essent minutula, non curavimus sigillatim recensere.

In Macchabæorum libros præfationes duæ eodem initio: Macchabæorum libri, mihi non videntur esse Hieronymi.

Traditiones Hebraicæ in libros Regum, & Paralipomenon, quamquam Hieronymus in præfatione quam præfixit traditionibus Hebraicis in Genesim, polliceri videtur se similia traditurum in omnes sacræ Scripturæ libros, tamen non videtur hoc opus esse Hieronymi, quamvis eruditum & ad cognitionem sacræ Scripturæ vehementer conducibile. Primum nulla præfatio testatur auctorem: deinde stilus dilutior est ac facilius Hieronymiano. Ad hæc, Hieronymus diligentius docet, & plus inculcat Græcarum, & Hebraicarum vocum. Postremo hic, quisquis fuit, alicubi propemodum fatetur se nescisse sermonem Hebraicum. Proinde an hæc è Græco fortassis Eusebii, doctus aliquis verterit, an ex Hieronymianis, & aliorum commentariis collecta sint, omisiss his quæ lectorem Latini tantum sermonis gnarum torquere poterant, aliis conjectandum relinquo. tom. 3. fol. 74.

Loca ex Actis Apostolorum. Hoc opus ob eruditionem mihi planè Hieronymi videretur, nisi quodam in loco citaret Hieronymum: verum hoc ipsum haud scio an è marginali spatio annotatum in contextum traductum sit, quemadmodum sæpenumero factum deprehendimus.

Symbolum fidei ad Damasum. Credimus in Deum. tom. 4. fol. 42.

Symbolum fidei ad Cyrillum. Credimus in unum Deum. tom. 4. fol. 42.

In Genesim Homiliæ septemdecim ex Origene versæ, incertum per quem. Gennadius in Rufino indicat tres fuisse operum Origenis interpretes, Rufinum & Hierony-

mum, quorum uterque præfatione addita, sua sibi vindicavit. Tertium (nescio quem) qui prologos addere noluerit. Quod si verum est, nimirum liquet hæc homilias non esse versas ab Hieronymo, cum careant præfatione, etiam si Aldina editio testetur non nihil prologorum in nonnullis repertum exemplaribus: sed adeo elegantium ut pudicum sit apponere. Mirum autem cum Hieronymus testetur alicubi se juvenem aliquot Origenis homilias transfuisse, nullam hujus rei ab eo fieri mentionem in Catalogo scriptorum illustrium, quem scripsit non admodum juvenis: nisi fortè maluit ea suppressi, quemadmodum suppressit priores in Abdiam commentarios.

In Exodum Homiliæ tredecim, & hæc carentes præfatione, neque stylo præ se ferentes interpretem Hieronymum.

In Leviticum Homiliæ sedecim: & hæc sine prologo. In numeros Homiliæ viginti octo sine prologo, quas omnes Merlinus interpreti Hieronymo tribuit, impudentius quam eruditus.

In Jesum Nave Homiliæ viginti sex. Addita est his præfatio, sed quæ magis Rufinum referat, quam Hieronymum. Et haud scio an in vetustis exemplaribus Rufini nomen scriptum habeatur, quorum dum hæc nobis scriberentur, non erat copia. Certè Merlini judicio non admodum fido hæc sanè in parte.

In libros Judicum Homiliæ novem, sine præfatione, nec videntur esse Hieronymi interpretis.

Commentariorum in Job libri tres, nullo interpretis titulo. Cæterum præfatio satis indicat non esse Hieronymi.

In Matthæum Homiliæ triginta sex Origenis, etiam si in editione Badiana sint triginta quinque, postremis duabus uti conjicio in unam confusis, adeo proluxa est. Hieronymus in præfatione quam præfixit Origenis Homiliis in Lucam à se versis, indicat se fuisse rogatum à Bleffilla, ut eas Latinas faceret, tomos appellans, non Homilias. Est enim plus eruditionis in tomis Origenis, quam in Homiliis. An postea verterit, incertum: nam in Catalogo non meminit, & quoniam hic nulla additur præfatio, vero propius est, alium hujus operis fuisse interpretem.

Duæ præfationes in psalterium, quarum alterius initium, David filius Jesse: alterius, Liber psalmsorum: mihi non videntur esse Hieronymi.

Duæ præfationes in Proverbia Salomonis: alterius initium, Tribus nominibus: alterius, Tres libros: mihi non videntur esse Hieronymi.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ ΔΟΚΤΑ.

In hoc ordine quæ falsò fuerant inscripta Hieronymo, sic digestimus, ut erudita paulatim desinant in ea quæ magis ad proximum ordinem pertinebant: sed maluimus in hanc peccare partem. In quarto tomo censuras nostras adjecimus singulis: quæ si cui non satisfaciunt, suo quisque judicio fruatur.

Vetus scripturæ celebrata. Tom. 1. fol. 37. Character palam arguit non esse Hieronymi, quamvis authorem præ se fert eruditum & eloquentem. Dicerem esse Paulini, sed hujus ad divum Augustinum Epistolæ non habent eundem sermonis nitorem. Vehementer convenit phrasim, cum ea quæ in tertio tomo primum habet locum.

In terra quidem habitasse Job. Præfatio in Job, verum falsò tributa Hieronymo, in tomis non habetur, sed in vulgatis codicibus, quos vulgus Biblia vocat.

Marcus Evangelista. Præfatio in Marcum, non est Hieronymi, licet sit erudita. Apparet è Græco versam. Et in vetustissimis codicibus manu scriptis non erat adscriptum Hieronymi nomen.

Lucas Syrus. Præfatio in Lucæ Evangelium, ipsa satis arguit ab interprete non optimo versam esse è Græco, sicuti docuimus plenius. tom. 3. fol. 10.

Hic est Joannes. Præfatio in Joannis Evangelium, falsò inscribitur Hieronymo: cujus nomen non erat adscriptum in vetustissimis codicibus, quemadmodum nec in superiore. Additur & altera nomine Augustini, sed hoc quoque falsò, ni fallor.

In

In Lamentationes Jeremie libri tres, quos priore editione recensueramus inter gnesia, credentes totum commentariorum opus unius esse authoris, quemadmodum & in cæteris Prophetis. Doctus quidam admonuit sibi videri Bedæ: cujus hoc præcipuum fuit studium, ut ex veterum libris contexeret suorum commentariorum veluti centones. Et in his quædam reperias ex Gregorii libris ad verbum descripta. Initium: Habes in lamentationibus. tom. 5. fol. 162.

In Proverbia Salomonis, libri tres: quos vel hinc apparet non esse Hieronymi, quod in his citetur Gregorius, quamquam & alioqui omnia longe latèque dissident ab Hieronymianis. Is qui adornavit Venetam editionem, grave putat argumentum, quod hinc quædam citantur in Epistolis Decretalibus Hieronymi nomine. Suspiscatur autem à Beda è diversis collectum opus: cui conjecturæ non admodum reclamo. Initium: Parabole Salomonis. tom. 9. fol. 2.

In Evangelium Marci, commentarius: in quo nihil invenies quod jure tribuas Hieronymo. Quod ni quædam admixta fuissent non indigna cognitu, in proximum ordinem eram rejecturus. Initium: Omnis scriba doctus in regno cælorum. tom. 9. fol. 35.

De virginitate ad Demetriadem, cui censuram nostram apposuimus. Si summo ingenio. tom. 4. fol. 5.

Ad Geruntii filias, de contemnenda hereditate. Cuncti mei sensus. tom. 4. fol. 12.

Consolatio in adversis, ad Marcellam. Magnam humilitati nostræ. tom. 4. fol. 13.

Consolatio exilii. Si Deus ac Dominus noster. tom. 4. fol. 14.

Consolatio ægotantis. Quamquam certissimè noverim. tom. 4. fol. 15.

De virgo perfectio. Ecce iterum ad te. tom. 4. fol. 18.

De cognitione divinæ legis. Præsumptionem meam. tom. 4. fol. 25.

De tribus virtutibus. Tres quodammodo virtutes. tom. 4. fol. 27.

De assumptione Deiparæ virginis. Cogitis me. tom. 4. fol. 28.

Eadem de re, sermo. Scientes fratres. tom. 4. fol. 33.

De honorandis parentibus. Parentum meritis. tom. 4. fol. 33.

De septem gradibus Ecclesiæ. Sufficere quidem. tom. 4. fol. 34.

De laude virginitatis. Quantum in cælestibus. tom. 4. fol. 37.

De membris Dei. Omnipotens Deus. tom. 4. fol. 40.

De cereo paschali. Nulla res vetus. Vide censuram nostram. tom. 4. fol. 50.

De vera circumfisione. Superiore Epistola. tom. 4. fol. 51.

De celebratione paschæ, quæ eadem extat inter Epistolas Augustini. Lectis literis tuis. tom. 4. fol. 55.

In Susannam lapsam. Puto levius esse. tom. 4. fol. 59.

Ad Evagrium objurgatio. Nisi vereretur beatissime. tom. 4. fol. 61.

Et si ignotus tibi sim facie. De militando Christo. tom. 4. fol. 62.

De decem tentationibus Israëlitarum. Hæc sunt verba. tom. 4. fol. 63.

Expositio psalmi quadragesimi primi. Omne psalterium. Ibidem.

Expositio psalmi centesimi decimi septimi. In omni psalmo. tom. 4. fol. 64.

De musicis organis. Cogor à te. Ibidem.

De resurrectione Domini. Exulta cælum. Ibidem.

De nativitate Christi. Hodie verus sol. tom. 4. fol. 65.

De Epiphania Domini sermo. Dies Epiphaniarum. tom. 4. fol. 66.

De quadragesima. Quomodo miles semper. tom. 4. fol. 66.

De esu agni. Hodie fratres. Ibidem.

De resurrectione Domini. Non queo. tom. 4. fol. 67.

De vinculis Petri. Sæpissimo rogatu. Ibidem.

De observatione vigiliarum. Dignum est fratres. tom. 4. fol. 68.

Ex hac Homilia bonam partem transcripsit in regulam Tom. V.

monachorum Lupus quispiam, alba (quod aiunt) amussi, quidvis congerens, quò longius redderet volumen.

Qui Æthiopem. Exhortatio. tom. 4. fol. 69.

De penitentia. Ad te surgo. tom. 4. fol. 70.

De generibus lepratorum. Admirabile divine. tom. 4. fol. 71.

De filio prodigo. Omnium quidem. tom. 4. fol. 71.

In Cantica Canticorum Homiliæ quatuor, absque præfatione, in nonnullis exemplaribus Hieronymum authorem præferebant, quemadmodum testatur & Merlinus author editionis apud Lutetiam Parisiorum, operum Origenis. Verum Hieronymi non esse, primum ipse stilus palam arguit: deinde quod nulla sit addita præfatio, quod modo in duas homilias non neglexit. Neque verò Hieronymus in Catalogo testatur se scripsisse quatuor Homilias in Cantica, sed duas duntaxat: nimirum ex Origene versas. Præterea an Origenis sit hoc opus, addubitari potest, quod Hieronymus in præfatione, quam præfixit duabus illis à se translatis, testatur Origenem bis scripsisse in Canticum Canticorum, adolescentem Homilias duas, deinde copiosissimum commentarium, decem explicitum voluminibus. Hoc autem quatuor absolutum est Homiliis, nisi fortè præfationi tribuantur duo volumina, & singulæ Homiliæ, bina volumina complectuntur.

Commentarii in Epistolas Pauli, collecti à studioso quopiam non indocto, sed admixti quibusdam alterius parum eruditi: sed præfationem addiderat nescio quis, ad Heliodorum Hieronymi nomine, vehementer insultans & infantem, cujus initium est: Literis tuis. tom. 9. fol. 112.

Commentarii in Job itidem à studioso quopiam è variis collecti, fortassis à Beda: nam liber caret præfatione, cujus initium: Job qui dolens vel magnus interpretatur. tom. 7. fol. 70.

Reperiuntur & alii Commentarii in Marcum Hieronymi titulo, sed in his deprehenduntur quædam è Gregorio descripta.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ ΙΝΔΟΚΤΑ.

In his quæ proximus habebat ordo, quædam inerant lectu digna, quædam utcumque ferenda, nonnulla in hunc magis ordinem rejicienda. Cæterum in hoc catalogo nihil reperies, quod non sit ex aquo indoctum, infans, & impudens. Proinde mea quidem sententia, nullum omnino lectionis operæ pretium. Sed invicta est imperitorum hominum pertinacia, cui plus satis datum est à nobis in hujus operis editione, magnoque nobis constat aliena stultitia. Adjecimus Censuras: quæ si cui non probabuntur, non scripsimus illi.

De morte filia consolatio. Benedicto & dilectissimo. tom. 4. fol. 132.

De ferendis opprobriis. Diverforum opprobria. Ibidem.

De vita clericorum. Sophronius Eusebius. tom. 4. fol. 134.

Damasus Hieronymo, & Hieronymus Damaso, falsissimo utrumque titulo. tom. 4. fol. 135.

De scriptoribus aliquot Ecclesiasticis. Vis nunc acriter. Ibidem.

De virtute psalmsorum. Quia me dulcissime. tom. 4. fol. 135.

De oblatione altaris. Noverit sancta authoritas. tom. 4. fol. 136.

Regula Monachorum. Tepefcens in membris. tom. 4. fol. 136.

Impudentissimus impostor, quisquis is fuit, fingit hanc regulam ab Hieronymo centenario scriptam: cum Prosper tradat eum unum & nonaginta natum annos, vita decessisse: nisi fortè revixit, ut hanc etiam tam bellam scriberet regulam.

De nativitate virginis Mariæ, cum duabus fictitiis Epistolis. Petitis à me. tom. 4. fol. 143.

De morte Hieronymi, nomine Eusebii. Patri reverentissimo. tom. 4. fol. 144.

De transitu & laudibus Hieronymi, nomine Augustini. Gloriosissimi Christianæ fidei athleta. tom. 4. fol. 153.

De miraculis Hieronymi, nomine Cyrilli. Venerabili viro. tom. 4. fol. 155.

Vita divi Hieronymi, incerto authore, Plerosque nimirum. tom. 4. fol. 163.

E e e e